



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

XXIV. De Vsura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

CAPUT XXIII.

De eodem argumento.

DICUNT, non peccaturum cum iudicem, quando nullus litigantium jus habet, quo præferri debeat aliis, ad promptiorem expeditionem, si aliquid muneris ab uno accipiat, ut cum aliis præferat.

RESPONDETUR.

SI sit mera gratia, & nullum sit decretum contrarium, standum est proximè decisis; sed quia scribæ possunt exigere & vexare partes, quæ ut aliis præferantur, majores summas quam competitoribus obtulerint, easque minimè voluntarias, sed coactas; ideo constitutio super hoc edita, quæ id prohibet, quod sanè in manifestum pauperum detrimentum esset, prudens pariter est admodum, & æqua.

CAPUT XXIV.

De Usura.

USURAM etiam fovet, docentque, eam palliare, ut ajunt contractibus fictæ societatis, prætextu gratificationum, & aliis hujusmodi simularis causis, præsertim contractus quem Hispani Moharra vocant.

REFELLITUR.

Nihil fortè gravius Casuistis adversarii opponunt, quo sit, ut viri aliquot probi, qui justum lucrum ex suis pecuniis libenter perciperent, dubii & ancipites maneant, ob diversas Theologorum sententias; nonnulli omne lucrum repudiant, nisi quod ex censu, aut fundis emptis percipitur; alii contra asserunt, præter censum & fundos, alios titulos non deesse percipiendi justum lucrum; operæ igitur pretium est, hanc controversiam paulò accuratius pertractare, ut liquido constet, utrum alii contractus à censu distincti usuræ labem contineant, unde restituendi lucri necessitas sit. Questionem hanc diligentissimè tractavit vir clarissimus Ludovicus Baillius, in suo libro de triplici examine à pag. 414. ad 462. probavitque, præter censum, multis aliis nominibus, justum lucrum ex data pecunia fieri posse; in compendium hæc redigam ea, quæ prædictus auctor fusiùs explicuit, ut ii, quibus inanes scrupuli injecti sunt, ad edocti, pli atque petiti hominis auctoritate placari se sinant; præsertim cum doctrinam suam ab antiquis Sorbonæ Theologis acceperit, & librum suum à præstantissimis ejusdem Academiæ Doctoribus approbati curaverit; hoc brevi compendio præmisso, quid deinde sentiam, liberè aperiam; & ne hoc caput longius excurrat, in §. aliquot illud partiar.

Primo loco docet, usuræ labem contrahi, quotiescunque titulo ac vi mutui, ex pecunia, lucrum percipitur; unde concludit, quolibet alio titulo justo lucrum percipi posse; deinde multas usuræ species recenset; præcipua autem divisio est in eam, quæ iuri naturæ, & illam quæ juri dumtaxat humano repugnat; hæc ad restitutionem non obligat, nisi post sententiam iudicis, secus verò illa; Gersonem præterea citat, aliosque graves auctores, nonnullorum nimiam severitatem castigantes, qui facilius quam par sit, quosdam contractus damnant, illique usuræ notam incurrunt. Quare Gerson Theologos hortatur, ut in huiusmodi censuris moderatiores se præbeant; futurum alioquin, ut graviter peccent; cum inde fidei animi maximè perturbentur. Observat etiam prudentissimè, ante concilium Constantiense, perperui census contractum à nonnullis Theologis eadem contentione damnatum fuisse, quæ modò à nonnullis census utrimque redimibilis ad tempus, & partem trium contractuum damnantur; & Henricus Gandavensis tanto ardore census infestabatur, ut emptoribus certissimum & indubitatum æternæ salutis discrimen denunciat; his tamen non obstantibus, Rom. Pontifices contractum census justum ac legitimum esse suis constitutionibus declaraverunt: quis scit, utrum aliquando idem futurum sit de præmissis duobus contractibus, quos hac tempestate aliqui adeò facile damnant, licet auctoritate nobilissimorum Doctorum, tum secularium, tum regularium nitantur; illud saltem optandum esset, ad sedandas turbas, quas justò severiores quorundam opiniones excitaverunt, teste Baillio, qui se vidisse asserit, quosdam sub mortem miserabiliter in desperationem actos, ob impositam sibi à Confessario obligationem restituendi, quidquid per ejusmodi contractus bonorum acquiescerant; vidisse se pariter, eadem de causa, viduas hæredesque extremo angore confectos; audisse cum summo animi sui horrore, lamentabiles illorum ejulationes, quos nimia severitate ineluctabiles illi Theologi bonis suis spoliaverant. Quare orat obtestaturque, ut mitiora sentiant, ad veritatem & humanitatem accommodatiora; Doctores denum Theologiæ scholasticæ rogat, ut Caluistiarum scripta diligenter evolvent; nec quidquam ex tempore, ingenio, vel doctoris insignibus confisi, circa morales controversias desinant, quæ diuturna exercitatione, consideratione maturè circumstantiis, & longa experientia egent, ut rectè decendantur; ac demum proficiatur, se diversis subinde occasionebus, per annos 12. vicibus licet interruptis, operam navasse, excuriendis quaestionibus de usura, illisque contractibus, quos nonnulli temere vituperant.

Inde recenset legitimos titulos, quibus ex numerata pecunia, fructus licitè percipiuntur; eorumque singillatim æquitatem examinat; initio factò ab eo, quem vocant lucri cessantis, & damni emergentis, qui tunc occurrit, quando is, qui pecuniam suam alteri dedit, inde iacturam aliquam suorum bonorum patitur, vel honestum lucrum non facit, quod alioquin ex illa pecunia fecisset; ostenditque, Divum Thomam, antiquos Theologos, & austerissimos quosque concionatores, qui maximo zelo usuram infestati sunt, ut Sanctus Bernardinus, hunc titulum legitimum iudicasse; quod evidenti argumento est,

aliquid supra sortem licitè accipi posse, modò non vi mutui, sed alterius tituli rationabilis percipiatur; quibus positis, querit utrum qui pecuniam habet, ad prædium aliquod, vel officium proximè emendum, vel qui mercaturam eo consilio delegeret, ut commodaret pecuniam indigentibus, ut possit hoc titulo lucri cessantis, & damni emergentis, & tantumdem fructus recipere, quantum ex prædio, officio, mercatura receperit; ac citat Card. de Lugo & Malderum, qui docent, hoc fieri posse. Idem sententia; ibidem mentionem facit quorundam mercatorum, in Belgio, auctoritate principis continuorum, qui cum isto lucro, prædicto modo dant pecuniam; additque, ann. 1617. multos DD. Theologos, sex Episcopos, duos Archiepiscopos, Mechani. Conventu habito, hoc genus contractus examinasse, ac iudicasse, non esse usurarium; subinde tamen in Regno Galliæ non tolerari, eò quod regni decretis prohibeatur; quo sanè confirmat id, quod dixerat, esse aliquam usuram juri tantum humano. Principum legibus inducto, repugnantem, tamen, qui huiusmodi contractum iure tantum humano usurarium iudicasset, ante sententiam iudicis ad restitutionem minimè obligandum.

Deinde alium modum legitimè accipiendi percipiendi justum lucrum, ut scilicet exigas partem fructus, aut redditus provenientis ex eorum mercatura, quibus pecuniam das, vel ex prædio, vel officio, quod speciei tibi comparant: hic modus res contractus supponit ex sua natura: primus est societatis, secundus assessoris sortis, remissa pro illa partem probabilis, tertius permutatoris reliqui lucri incertis, incerti quidem sed probabilis, in lucrum certum, sed minus, verbi gratia, das tuam pecuniam mercatori in societatem, posses percipere ex 6. vel 8. annis, si contractui dumtaxat societatis hæres; sed si propter certis, ut unum certum ex 18. tantum recipias, ex lege, ut mercator sortem assessor; addit autem, cum hæc uno contractu æquivalenter fieri possit, quilibet res prædictas completatur, in hanc rem citat prælo celebres Theologos & Canonistas, & inter ceteros, Majorem Navarr. Sylvestr. suæ lectionis laudantes, ac proinde illum modum omni culpa caret, dicitque, perperis serio adversè partis rationibus, nullam à se inventam, quæ probet, contractum ejusmodi usurarium, aut vitiosum esse; immò aliter sententiam suam esse magis communem, & illiusmodi habere Theologos, qui eam defendunt, à multis demum Conciliis reprobata, aut prohibita fuisse: Hinc sequitur, illos omnes, qui tradunt suam pecuniam mercatoribus, vel officia ementibus, et eis posse fructum percipere. Opponit post, quando is, qui accipit pecuniam, debitum aliquod vult extinguere, alioquin prædium venditurus, ad illud debitum dissolvendum, eum, qui tradit pecuniam, justum inde lucrum percipere non posse; ut fructus servati prædii, vel officii, qui accipit pecuniam, qua debitum dissolvit, percipit: cur ego illorum partem is, qui dedit, exigere nequit; Baillius tamen auctor est, ut ab hoc pacto abstineas, quod sanè si forte alterius consilio interis, ad restitutionem te non obligat.

Mentionem fecerat tertii cuiusdam pacti, cum iniuri, qui fundos habent; is, qui dat pecuniam, emit pensionem annuam, ex redditibus talis fondi, in duos vel tres annos, cum pecunia sua perperis credere nolit: hunc modum fusiis non explicat; fortè, quia illum in contractu Societatis comprehendit, cum dixit, emi posse illa pecunia partem redditus.

namque provenientis, sunt tamen duo tituli omnino distincti, ut mox ostendamus: Explicat deinde quodam modo, cum is, qui pecuniam dedit, de qua dicitur illi, qui accepit, ut vel summam pecuniam, vel aliquid lucri solvat: hoc loco sanè non est, id saltem colliges, ab eo non imputari opinionem illorum, qui dicunt, lucrum percipi non licet, de qua inter partes controversa est, legitimam esse: Quintum modum habet, cum scilicet mutuatarius dat aliquid supra sortem, ex mera liberalitate, sine ulla obligatione. Sextus quoque scilicet ratione periculi, & maxime utilitatis solvendi, quam mutuatarius laborat, aliquid supra sortem exigitur: sed hunc modum percipi lucrum, ut illicum Baillius rejicit.

Ita ut sit, rationes adversariorum consumi, periculum non est ad videndum aptas; at si in rebus ipso usu consumptibilibus, plus exigitur à mutuatario, quam accipit, rebus gratia, si pro 20. libris panis, 25. repeteret, aut pro cado olei 100. Heminarum repeteret, vel 110. usuram committi, vel ipsi Philologus nunc lumine agnoverunt. Objectionem solvit, atque, maximum discrimen intercedere inter panem, rebus gratia, & pecuniam; qui panem mutuatarius, ipso usu consumatur, at verò pecunia, cum quas emimus, naturam induit, hinc debet esse pecunia, ut emat panem, tam usura erit, ergo aliquid supra sortem, quam revera esset, pro 20. libris panis, 25. repeteretur; si vero de mutuatario, ad emendum officium, vel fundum, pars fructuum percipi potest, cum fundus emptus sit pecunie loco. Obijciunt præterea, nullum de corpore usura locum fore, si sola directio intentionis contra legem facit: sed hanc facile solvit, adductis multis locis ex sancto Augustino, pro declaratione intentionis. Obijciunt denique regis decretum prohiberi, ne quid supra sortem ex pecunia aliquid accipiat; Respondet, internum forum ex externo interdum discrepare; nempe forum externum ex præsumptionibus sæpe judicat, cum tamen internum sola rei veritate nitatur. Habes patet, ut patet Baillii de quaest. pecuniario doctorum, circa quam nonnulla animadvertenda esse patet.

§. II.

Quædam ex præmissa doctrina deducuntur.

Primo deducitur, illos, qui ex data pecunia mutuatarius lucrum perceperunt, verbi gratia, si ex sortis centenis, non tenere ad restitutionem, sed ex probatis à Baillio titulis, aliquem ante occupationem, aut certe bona fide pecuniam dedecur, et si titulus ejusmodi nihil cogitent; ac præterea viduas, liberos, & hæres eorum, qui mutuatarius exegerunt, nullam restituendi lege obligari; & si forte à confessoribus aliquid negotii hoc us faceretur, stare possunt dictis hujus titulis & præsumptionibus auctoris, qui ex celeberrimis titulis, & aliarum Universitatum doctoribus, suam sententiam habuit, quando consilium dari petentibus posse, ut contra societatis intro, lucrum ex pecunia sua referat, adducor Baillii rationibus, quibus tum hujus consilii æquitate demonstrat, tum adversariorum argumenta refellit, gravi præterea illustrissimo-

rum scriptorum 20. circiter aut 30. testimonio, qui huic pacto subscribunt: his præfidiis fultum ægre de sententia dimoveas, nisi id, quod in contrariam partem affertur, gravissimum & firmissimum sit; cum tamen id unum potissimum opponatur, scilicet vix fieri posse, ut omnes circumstantiæ ad æquitatem hujus contractus requirantur, simul adsint; ego contra existimo, satis facile simul adesse posse; alioquin vix unquam mercatori suadere posses, ut cum alio societatem iniret: sufficit ergo, ut is, qui dat pecuniam, sciat, accipientem mercaturam exercere, vel fundos, aut aliud quidpiam fructiferum emere: si verò dubites, num mercaturam exerceat, ac fundos emat, unde justum lucrum percipi possit, ideoque usura aliquod periculum subsit, non erit minus periculum, si pactum census in eas cum eodem homine, qui juxta decretal. Regimini Martini V. & Calixti III. contractus census veram emptionem supponit: atqui, si is, qui pecuniam accipit, non habet fundum, super quo census, annua scilicet pensio constituitur, contra illi usura non vacat; vel igitur cum hoc dubio contractum societatis inire licet, vel cum eodem contractum census inire non licet: sed inquirunt, sæpe contractus hujusmodi societatis infelicem exitum habent; unde in suasorem mille maledicta; hæc ratio utilis est; nec enim consulantur Calixtus, ut sciant, quid expediat ad bonum temporale, sed quid tutò & licitè secundum animam fieri queat, immo si de bono temporali interrogantur, non video, cur responderi non possent, licet deinde, te infeliciter cadente, maledictis imperentur: sic de matrimonio & religione consulti, etsi interdum propter hoc diris devoteantur, respondent: denique si hæc ratio valeret, contractus census suadendi non essent, cum sæpissime accidat, ut is, qui pecuniam dedit, ea cetera cogatur, qua tamen aliquando maxime indigeret; aut eam omnino amittat, eo quod fundus ille, super quo census constitutus est, jam aliis oppignoratus sit; quo periculo nonnulli deterrenti, non nisi in certum tempus suam pecuniam dare constituunt.

Tertio, aliquid supra sortem percipi non posse, ratione periculi, vel amittendæ pecunie, vel ægre recuperandæ, si ordinarius dumtaxat periculum est, cui vera omne mutuum exponitur, ut Baillius prudenter animadvertit; si verò extraordinarium est, si ve quia mutuatarius rei domesticæ angustis laborat, aut suscepit mercatura periculosior est, si ve quia non nisi per lites ab eo debita extorqueri solent, damnare aliqui non audent, si ratione majoris hujus periculi, aliquid exigatur; nempe cæteris in contractibus, cambii, v.g. aliisque inter mercatores usitatis, periculi ratio haberi, & æstimari pecunia solet.

Quarto, circa sententias, quibus creditori lucrum supra sortem à judice adjudicatur, ita quidem censeo; si ante latam sententiam, nullum jus est creditori, percipiendi lucrum, nullum deinde, vi latæ sententiæ, acquiri, sed quidquid acceptum est, restituendum esse; quia Judex, sola illa præsumptione nititur, creditori aliquod ex dilatione lucrum cessare, vel damnum emergere; quando verò justo aliquo titulo, ex iis, quos Baillius cum aliis Doctoribus approbat, v.g. contractus societatis, vel census, legitimum lucrum exigi potest, & suspicatur, ne aliquid mali insit, si ve quia statuta Principis violat; si ve quia in jus vocari timet, ad iurandum, pecuniam ad lucrum datam non esse, illi ego auctor essem, ut à judice sententiam obtineret, sic enim ab omni scrupulo liberaretur.

Quintò denique, prædictos titulos à Baillio approbatos, spectato jure naturæ, attentisque rationibus Theologicis, legitimos esse, & usurariæ labis immunes, non nemo ultro concederet: prohiberi tamen decretis regis: nemo enim negat ulum illorum, alioquin ex se legitimum, interdici posse, ac proinde illicitum esse, quia prohibitum: sed paulò post hanc controversiam dirimam, hic dixisse contentus, prædictam doctrinam ad eò solidis rationibus firmatam, hujusmodi limitatione appositam, inutilem fore iis, qui lucrum ex pecunia percipere volunt: utilem tamen iis, qui jam perceperunt, quos vel ipsi adversarii ab obligatione restituendi, ante sententiam Judicis, liberant.

S. III.

Mens auctoris, de lucro ex pecunia.

Post allatam Sapientissimi Doctoris ophionem, mei muneri & instituti esse putavi, quid ego ipse sentiam exponere circa lucrum, quod ex pecunia, alio, quam census perpetui titulo, percipitur, illudque protequi ac definire, quod à Baillio intactum relictum est, circa obligationem, nihil accipiendi supra sortem; duo igitur suscipio probanda, primum est, stando in rationibus Theologicis, præcisa lege positivâ, posse quempiam ex pecunia sua moderatum lucrum licitè percipere: alterum est, statutis & legibus non prohiberi lucrum, quod justis titulis exigitur. Utrumque breviter pertracto; primum quidem in hac sectione, alterum in proxime sequenti.

Enumeratos à Baillio titulos legitimos quidem esse assentior: at ex iis, duos tantum sufficere prorsus existimo; contractum scilicet societatis, & census utriusque redimibilis ad præfixum tempus, seclusa scilicet lege positiva, & a tenore solum jure naturæ; non nemo tertium adderet, secundum quædam senatusconsulta, ubi decernitur, eum, qui bona tantum habet mobilia, posse constituere censum perpetuum: at quia juxta extravagantem *Regimini*, census in fundo constitui debet, vel alia re immobili fructifera; nemini sane auctor essem, ejusmodi census constituendi, in homine bona tantum mobilia habente; accedit, quod census est vera emptio, pensionis scilicet, ex re fructifera provenientis: sed hoc omisso, de quo morales disputant, dico duos illos titulos sufficere, quod sane frustra probarem, cum res per se ipsa pateat: qui enim alteri suam pecuniam credat, quem solvendo non esse sciat; vel quia bonis immobilibus caret: vel, quia nulla valet industria, vel artis, vel mercaturæ, ad pecuniæ lucrum faciendum: sed paulò fusiùs demonstrabo utriusque contractus æquitatem.

Et ut à primo incipiam: hoc famosum est pactum trium contractuum, de quibus supra, societatis scilicet & assecurationis, tum sortis, tum certi lucri, iusto pretio, & socio ultro consentiente comparatæ: Societas naturæ rationali ita congruit, ut ex quo jure gentium, bonorum divisio instituta est, in ipsis conjugis, aliquid vitii, aut defectus inesse, creditum sit, in quibus bonorum communio & Societas non esset: nemo hæcenus socialem hanc conventionem inter conjuges reprehendit; cur igitur in pecuniæ, & negotiationis usu reprehenderetur? Viget inter mercatores Societas, sine cujusquam cri-

minatione; toleratur inter collatores & aleatores, quare iis solis crimini dabitur, qui in privacorum commodum, & publici commercii utilitatem, lucrum pecunias conferunt.

Negant Adversarii, à se reprehendi contractum verum societatis, cum spe lucri, & timore damni, modò verus sit & bonæ fidei: at contendunt, à nobis simulatam tantum & coloratam societatem defendi, propter binos illos contractus adjunctos, quibus natura societatis destruitur, quæ in distibutione pro rata lucris, damni sique posita est, & alter æquo subijcitur, in triplici autem contractu certum, danti pecuniam lucrum provenit extra omni aleam: in promptu responsio est; hoc jam censum oppositum fuit, & centies rejectum: vi primò contractus, dans pecuniam, eidem jacturæ periculo accipiente sese exponit, & par utriusque est lucri spes; aliis verò duobus contractibus totam spem loci mortis emit debitor, pro obligatione, quam contrahit, assecurandi sortem, & refundendi tantulum certi lucri, nunquid spes illa lucri verisimilis, & equaliter certi, pretio æstimabilis non est? igitur pretio æqualis; quid ergo mirum est, si obligatus prædicta, quam debitor suscepit, illam adæquet: quid in his amabò iniquum est? an non aliam ob rem locum habet? Piscator jactum reus vendendi potest, qui aliquando vili pretio emptus, maximum ementi lucrum affert: inter aleatores, sæpe nullum jactum emitur, qui aliquando minimo emptus, ementi quæstuosissimus evadit, secus alias: quibus exemplis confirmatur, incertum pro certo vendi posse, & dantem pecuniam, adjectis primo partibus duobus suis sortis suæ consulere, spe scilicet grandis lucri pro vendita; nempe vi primi contractus in singula centena facile lucrabitur 30, sed annexi duo intertemperant, ut 4, tantum, aut quinque lucratur; quod autem dixerant adversarii, primum contractum societatis destrui ab aliis duobus, paulò post diluam, cum solvantur objectiones.

Non deerunt fortè, qui hujusmodi contractum æquitatem agnoscant; eam tamen lege, ut duo postremi primo societatis jam initio, ex intervallo cedant; negent tamen, unâ simul fieri posse in hæc ferè modum: is, qui, dat pecuniam in societatem, dicit mercatori: en tibi trado meam pecuniam ad negotiandum; sed quia ejusmodi commercium imperitus, cedo tibi totum lucrum, dum modò sortem assecures, & tantulum quid, verbi gratia, quot or in singula centena mihi promittas; mercator annuit ultro: probandum igitur superest, unico contractu, tribus scilicet æquivalente, perinde atque triplici, de his omnibus conveniri posse; si enim illi contractus seorsim initii, legitimi sunt, cur conjunctim usurarii erunt atque injusti, cur is, qui pecuniam tradit, mercatori cedere lucrum non potest, modò is capitale summam assecuret, & partem modicam lucri promittat? etenim liquidum injustum vel usurarium in his contractibus initis esset, vel in uno tantum tribus æquivalente, inde solum ratio peteretur & mali labe, quod illorum materia, iusta quidem, cum seorsim sunt, naturam mutet, cum simul & conjunctim inveniuntur; sed hoc à vero prorsus abest; eadem enim est utrimque materia; sive conjunctim, sive seorsim fiant; igitur si semel iusta, semper iusta, seclusa scilicet lege positiva; non nego tamen, his contractibus inesse vitium, si mercator ad duos posteriores invitus adigatur, qui fortè in prima societatis

conferre consistere vellet; at suppono hoc lo-
catorem ultro in prædictas pactiones ve-
nisse. Mercatorem ultro in prædictas pactiones ve-
nisse, aque ita video transigi inter negotiato-
res, quibus auctori, hoc pactum trium contra-
ctuum, illis gratissimum & valde utile esse, ac
ita afficere fortem, & promittere quatuor,
quæque in singula centena; gaudent igitur
mercatores hac conditione, cum pericula,
quæ aduersæ sunt, nihil sanè, aut parum ti-
deant.

Necesse, quod dicant aduersarii, sub hac con-
ditione, quasi sub pallio & ficto involucrio, usuram
facere, ac proinde illam proferendam esse; sed
perfectio utriusque, vel colorari non possunt, cum
veritas legitimus contractus intercedit; licet non
minus forte lucrum ex illo, quam ex usuratio prove-
niat, tamen verò factus est & palliatus, cum le-
gitimus contractus verusque titulus finguntur, ut de
pecunia lucrum fiat, qui tamen re ipsa nulli sunt;
ut licet in cambio licito; aut cum fingitur venun-
dationem, quod tamen non vendatur, aut tra-
ditur, quod non traditur: his pactionibus usu-
rarium, & ut ajunt palliatum; at tres contractus,
de quibus agitur, quibus nulla fictio inest, ab eo vitio
procul est: cuncta hæc confirmari possunt cap.
per res adulationibus, ubi Innocentius III. probat
pactiones, quo traditur mercatori pecunia, for-
tem se ferant præstanti; & definitum conven-
tione terram spondenti; nec postulat scientiam
magistri Pontificis tres contractus, sed unum tribus
exequentem: consulto autem hoc Pontificis re-
fusus, quoniam vetare Pontifex potest, ne
consequatur tres contractus, sed unum tamen seor-
tim, legiti essent & validi; licet Beneficiarius
regnum beneficium sub pensione, in illo actu, de
illius redemptione agere non potest, quoniam Pon-
tiffi cap. ult. de pactis, quamlibet pecuniarum con-
ventionem prohibet, in rebus spiritualibus.

Sed et rem hanc pressius urgeam, selectum &
exemplum Doctorum manipulum adduco, quorum
patet et Lessio, Lugo, Diana, Gualino, Leotardo
comprobat; isti ergo prædictum pactum approbant.
Hæc sunt in summa tit. de usur. §. in aliis autem casibus,
ubi dicitur de allegatis ab Hostiensis, Joan. Andreas
in cap. per res, de donatione, inter vir. & uxorem.
Societas 1. §. 7. Sylvest. verb. Societas.
1. quæst. 2. Armill. verb. Societas, num. 6. Tabie-
ra, 1. quæst. 2. num. 3. Emman. Sâ verb. contractus,
num. 11. Major in 4. dist. 15. quæst. 49. Gabriel in 4.
1. quæst. 11. art. 3. Medina instruct. §. 27. Angles
in 1. quæst. 4. de societate, Toletus lib. 5. cap. 41. Lugo
in 1. quæst. 2. de just. num. 41. Mohr tract. 2. de just. di-
st. 47. Valentia 3. part. disput. 5. quæst. 24. punct. 2.
Lugo de just. lib. 2. cap. 25. dub. 3. Garcias 2. p. de
contract. cap. 17. Ludovicus Lopez de contract. c. 65.
Cassio Palao de just. disputat. 3. quæst. 3. punct. 11.
Maldertus 2. tract. 5. cap. 2. dub. 9. Lij an
in tract. 4. cap. 20. num. 2. Bonacina de contract.
1. quæst. 3. punct. 11. num. 2. Homobon. 2. part.
cap. 1. tract. 9. cap. 14. quæst. 14. Megla 2. 2.
in 1. quæst. 2. num. 25. Reginaldus lib. 25. prax.
in 1. quæst. 2. in consuet. Pontif. theor. 367. Fil-
lus tract. 34. num. 107. & tract. 35. num. 453. &
in 1. quæst. 2. de societ. artic. 3. Bernard in J. in man.
de camb. quæst. 10. num. 9. Marec. variat lib. 2.
in 1. quæst. 21. Ugo. de usur. cap. 55. §. 1. num. 1.
in 1. quæst. lib. 1. cap. 31. num. 1. & 6. Duardus
in 1. quæst. lib. 2. cap. 4. quæst. 7. num. 9. & 21. Gibali-

nus lib. 6. de usur. cap. 5. art. 1. Comitulus de contract.
part. 2. cap. 11. Graffius tom. 1. decis. lib. 2. cap. 119.
Maillard. de penitent. cap. 58. instruct. 14. Joann. Be-
nedict. lib. 3. cap. 9. Petrus de Navarra lib. 3. de restit.
cap. 2. num. 442. Auctor Speculi confess. d. 7. quæst. 18.
Theophil. Raynaudus in epist. descripta à Gualino,
confess. 3. cui subscripserunt Lezana, Baldellus, Sa-
lernus, Diana, Leotardus q. 31. num. 13. Navarrus
in manual. cap. 17. num. 154. & comment. de usur. in
cap. si fueraveris, Joan. Bapt. Lupus in cap. navi-
gant. §. 1. n. 12. Petrus à Perulio tract. de duob. fratr.
4. part. quæst. 1. Purpuratus in l. si pascenda, Cod. de
pactis, Panormitan. in cap. per vestras, Boninignus
tract. de mont. cap. 8. num. 2. Gratian. disceptation.
forens. tom. 2. cap. 360. num. 10. & 11. Sigismund. Scac-
cia de commerc. §. 3. gloss. 3. num. 36. Mantica de ra-
cit. & ambig. convention. tract. 1. lib. 6. num. 12. Morla
in emptorio juris, part. 1. tit. 8. quæst. 5. num. 30. Natta
part. 2. consil. 403. num. 3. Sarmiento select. lib. 3. c. 1.
num. 7. Rubeus repetit. in cap. per vestras, de donat.
notab. 6. §. 11. num. 8. Binsfeld. in cap. naviganti, Pa-
lacios de contract. lib. 4. cap. 12. Narbon. ad l. Hi-
span. 15. gloss. 2. num. 43. Molfesius tom. 3. quæst. 18. &
de contract. quæst. 11. num. 41. Baillus in tripl. exa-
min. p. 433. Amicus tom. 5. disputat. 24. sect. 2. num. 25.
Tannerus 2. 2. disput. 4. quæst. 7. dub. 8. num. 208. Bu-
senbaum lib. 3. medull. tract. 5. cap. 3. dub. 14. num. 3.
Gordon. Theolog. moral. lib. 4. quæst. 5. c. 5. §. 2. Baillus
verb. Societas, num. 4. Villalob. 2. part. tract. 26. dif-
fic. 3. num. 5. Covarruvias variat lib. 3. c. 2. n. 4. Trul-
lench. lib. 7. in decalog. c. 24. dub. 2. n. 1. Marc. Serra
2. 2. quæst. 77. art. 4. dub. 2. Tamburinus lib. 8. tract. 3.
cap. 8. §. 3. num. 21. Cajetanus, Corradus, & plures
alii concedunt, tres illos contractus fieri posse cum
eodem mercatore, successive seorsim, non simul
conjunctim; sed, ut jam dictum est, cum sit eadem
materia, vel conjunctim iusta est, vel seorsim in-
iusta.

Accedit, quod Valentia loco citato, hoc pactum
trium contractuum approbatum fuisse testatur à Rom.
Theologis, in speciali Congregatione an. 1581. ad
hanc controversiam discutendam deputatis: Joan.
Echius, ut Major ipse testatur, hanc eandem senten-
tiam Bononiæ defendit; Lessius citatus num. 23. hanc
passim doceri, & ad praxim reduci assentit, in Italia,
Gallia, Germania, Hispania: omnes fere Christiani
orbis Academiæ illam approbant & docent; aliquot
vota diversarum Academiarum subscripta, & sigillo
munita, in favorem hujus sententiæ, apud me habeo,
hic facili, si opus esset, describenda: immo Lessius
testatur, hanc eandem controversiam ab Academia
Lovanienli accuratè discussam, & hanc nostram
sententiam communibus omnium votis probabilem
& tutam declaratam fuisse: hoc pactum passim, ut
dixi, apud Catholicos innotuit, cum auctoritate Prin-
cipis, approbatione Doctorum, judiciis senatus, bo-
norum omnium consensus; & Lugduni, in qua civita-
te, teste Navarro, ab ipsa Proavorum memoria, hæc
praxis viget, innotuit est Prætor regius, quem Con-
servatorem vocant, ut hujus contractus integritati
& contrahentium iustæ indemnitati invigilet; imò
præcipua vis cõmerti ubique gentium ex hoc con-
tractu dependet, line quo, vix fieri potest, ut merca-
toribus ea pecuniæ summa suppetat, quam majoris
præsertim mercatura ratio postulat. Quis ergo ne-
get, sententiam illam esse probabilissimam, quam
tot ac tanti auctores defeniunt, ætate maturi, mo-
rum candore & gravitate universo orbi conspicui,
doctrinâ illustres, fide orthodoxi, quorum responsa
Univer-

Universitates Catholicae, velut oracula admiratae sunt, ipsique Summi Pontifices & Concilia Oecumenica in pretio habuerunt; Quis ergo tantae auctoritatis pondus non sentiat, aut saltem momentum non ponderet?

Quae porro obijciuntur, nullius sunt momenti: primo dicunt Adversarii, contractum societatis destrui à duobus succedentibus; sed hoc eadem facilitate negatur, quae adstruitur; nec enim illi contractus societatem destruant, qui eam supponunt; sicut nec venditio, quae succedit emptioni ejusdem rei; nempe non possum permutare lucrum incertum majus probabile, in certum minus, nisi supponam contractum societatis, vi cuius lucrum illud majus spero; nec possum emere assecurationem fortis, nisi supponam fortem collatam in societatem, igitur illi contractus non destruant societatem, qui eam supponunt: accedunt autem, ut disparatum quid, quod possit abesse vel adesse sine destructione societatis: obijciunt 2. dominium fortis transire in mercatorem, cui traditur, sed hoc negatur: 3. in societate jam aequalitas posita est; mercator igitur novo onere, vel nova obligatione gravari non debet: Resp. non gravari mercatorem, qui duos alios contractus desiderat, & ultro admittit, ut sibi utiles; unde non tollitur prior aequalitas per primum contractum posita, sed nova ponitur, addito scilicet secundo contractu iusto.

Aliud fortè difficilis obijciunt ex Bulla Sixti V. quae incipit, *de restabili*, edita ann. 1586. die 25. Octobr. in qua pontifex, declarat usurarias omnes pactiones societatis, in quibus fors assecuratur, & certum lucrum statuitur. Resp. 1. cuncta haec à me dicta esse, seclusa lege omni positiva, ut bis, aut ter monui. 2. constitutiones penales Sixti V. reductas esse ad terminos juris communis. 3. Less. cap. 26. n. 33. dicit constitutionem illam non esse receptam in Belgio, imò nec vigere illum usum in Italia; Gibalinus cap. 6. art. 3. num. 5. idem testatur de Gallia. 4. alii dicunt, Pontificem declarasse, illa tantummodò pacta, in praedicta constitutione damnari, quae jam per se se injusta & illicita essent; ita Filliucius tract. 38. cap. 3. num. 59. cum post illam constitutionem passim hujusmodi pacta celebrentur, ut Less. & Gibalinus citati observant; hoc idem confirmat Comitulus lib. 3. resp. quest. 12. num. 3. ex literis P. Tucci ad se datis, qui id acceperat ab iis, quibus cura condenda hujus constitutionis demandata fuerat: Delugo demum disp. 30. num. 37. refert D. Coccinum Rom. Rot. Decanum in una decis. Rom. Societatis, die 3. Junii ann. 1602. concludere, hujusmodi Bullam comprehendere solum casus ordinarios de jure communi, additis majoribus poenis; quam decisionem affert Cherubim in compend. Bull. ad Bull. 45. Sixti V. huic postremae responsioni quilibet stare potest. 5. ex verbis Bullae, luculentus sensus exprimitur; prohiberi scilicet, ne quis, societatis nomine, res, vel pecunias alteri ita tradat, ut fors ipsa salva sit, id est, sub tali conditione huic contractui apposita; nempe contractum societatis hac lege iniuri, iniquum est. Leotardus quest. 31. num. 13. asserit, hanc interpretationem & exceptionem in praedictam Bullam optimè quadrare, pro quo citat Less. Azor, Ugolin. Malder. Scacciam, Marese. Bellon, Molfes. Narbon, Filliuc. Bonacin. Bern. Justinian. Scortiam, Molin. Covar. Lupum, Duard. sed de his satis.

Jam verò similiter constat de aequitate alterius contractus, quo numerata pecunia, emitur census

utrumque redimibilis, ad tempus praescriptum, dum scilicet vel plurium annorum praecisa, leges positiva id vetante: est enim vera emptio aequae census perpetui; hoc uno discrimine, quod in hac, altero nolente, census redimi & extingui non possit, in illo verò, elapso tempore defuit, utique pactum initum solvere valeat, etiam altero invito; alter scilicet, redimendo, retrovendendo alter: & verò census suapte natura perpetuitatem non postulat; alioquin censuarius redimere censum non posset, contra Extravag. regimini: imò census utrumque redimibilis, ad tempus praescriptum, juris canonici auctoritate tenetur, cap. illo vos, de pignoriis; ubi deciditur, posse emptorem Theobaldum terram emptam per tres annos restituere, si emptio ipsi displicat, & gaudere fructibus biennio perceptis, unde à pari de censu idem dicendum videtur: Covar. lib. 4. no. riar. cap. 9. & Traquel. tract. de retractu conventionali, cap. 5. Gloss. 2. emptiones ad tempus limitatas probant; unde à pari sequitur, hominem, qui 20. millia librarum numerat, posse emere illa summa pecuniam 1000. librarum, in annum, ab eo, qui eam tenet. Et feram majoris pretii possider: accedit, quod in positivum contractus retrovenditionis & retroemptionis approbat, ut constat ex l. quod si nolis, §. si ad alit. edito, si quid ita venerit, ut nisi placuerit, inter finitum tempus reddibatur, ea conditio rata habetur, ex qua lege inferitur, idem pariter dicendum de censibus; ita ut utrique liceat retrocedere; alteri, retrovendendo; alteri, redimendo; quando ita inter partes conventum fuerit.

Et verò non video, cur aequè censuarius non possit obligare se, iusto scilicet pretio, ad redimendum, pro voluntate censuariae, ac censuista à obligat ad revendendum, ad nutum censuarii; cum censuista non possit se obligare ad id, quod licet potest facere, modò sit sui juris, & obligatio soluta rem ipsam non destruat; cur aliquis possit vendere fundum cum pacto de retrovendendo ac revendendo ad nutum, non tamen hac lege possit vendere censum; equidem certum tempus limitatum nolo, ita ut censuista obligare non possit censuarium ad redimendum censum, antequam praedictum tempus elapsum fuerit; nisi enim haec conditio opponeretur, censuarius accepta pecunia uti non posset; & quidem eam semper paratam & expeditam littera deberet, ne forte censuista censum redimere cogere nec esset, quod aliqui timeant, ne census utrumque redimibilis transeat in mutuum, à quo multum differat, nec enim mutuum rem fructiferam supponit, ut census; nec in eo cessat obligatio restituendi fortem, pereunte re fructifera, ut in censu; omitto alia differentias: non est etiam, quod dicant, esse usurae probationem, quia est verus contractus venditionis, sed jam adducendi sunt auctores, qui censum utrumque redimibilem, seclusa lege positiva, legitimum esse arbitrantur.

Major in 4. dist. 15. quest. 43. & 44. Gerbo in contract. prop. 19. Gabriel in 4. quest. 12. art. 2. Conradus de contract. quest. 84. Malderus 2. dist. 230. tract. 5. cap. 5. dub. 11. Tannerus 2. dist. quest. 7. dub. 4. Lessius lib. 2. cap. 22. dub. 10. de censibus, dub. 25. Joan. Medin. quest. ult. de cens. l. 9. q. 15. de usur. dub. 2. & 5. Valentia 2. dist. 1. punct. 6. & quest. 25. puncto 2. Molina tract. 4. dist. 377. Layman lib. 3. tract. 4. cap. 18. num. 5. Lugo dist. 27. num. 122. & dist. 26. num. 102. Castro-Palao dist. 6. punct. 24. §. 4. num. 2. Gibalinus lib. 6. cap. art. 27. confect. 3. Freideric. Martin, de jure cens. art. 1. num. 14.

lin. de jur. novissim. lib. 5. cap. 2. num. 40. item lib. 3. cap. 3. num. 50. Frederic. Martin. de jur. cens. cap. 4. num. 74. Cancer. variar. resol. part. 2. cap. 1. num. 275. Thesaur. decis. 154. Gratian. discept. cap. 587. num. 13. & 14. Felician. lib. 1. cap. 9. num. 2. Azor part. 3. lib. 10. cap. 19. num. 7. Reginal. lib. 25. cap. 31. num. 444. Canisius de usur. cap. 10. num. 8. Binsfeld. in cap. in civitate concl. 2. Bugnon de leg. abrog. lib. 6. cap. 69. Carol. Loys de re dit. lib. 1. cap. 9. num. 2. Malderus tract. 5. cap. 5. dub. 6. Zerola in prax. Episc. v. contractus cens. Emmanuël Roderic. in explicat. dict. constit. Bonacin. de contract. disp. 3. quest. 4. punct. 10. num. 4. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 16. part. 1. num. 3. & 5. Leotardus fusé quest. 44. per totam, ubi citat Salaz. Surdum, Philiar. Honded. Molin. Lælium Zech. & alios quibus addi possunt Castr. Pal. disp. 6. punct. 15 num. 6. Delugo disp. 27. sect. 4. num. 61. ubi citat Serrarium, Sâ, Mirand. Medin. Conrad Dian. adde Suar. passim de legibus, Layman lib. 3. tract. 4. cap. 18. Busenbaum lib. 3. tract. 5. cap. 3. dub. 9. num. 7. & alios fere omnes; sed huic responsioni mihi standum non est, qui rem hanc seclusa omni lege positiva, discutio.

Nec obstat, censum utrumque redimibilem in prædicta Bulla usurarium dici, nam idem est, ac præsumi usurarium; cum enim sanctissimus Pontifex in hac Bulla, formam censibus præscribat; & prohibeat censum utrumque redimibilem & irredimibilem, licet hunc ultimum, præter Authores supra citatos, seclusa lege prohibente, reliqui fere omnes approbent, vult, transgressores hujus legis pro usurariis haberi, usurarios præsumi, & in penas usurariorum incurrere: Hinc facile deducitur, duplicem usuram esse, alteram de jure divino & naturali, alteram de jure positivo & humano: Judicavit sanctissimus Pontifex, aliquid periculi hujusmodi pactis inesse, iisque usuram & mutuum palliatum facile prætexi, ac proinde hujusmodi pacta prohibuit; hinc si quis illa ineat, in iis saltem provinciis, in quibus vigent prædictæ leges, usurarium pactum inire censetur, usura scilicet de jure Ecclesiastico, & pactum illud usurarium præsumitur, & jure quidem; nam cum illud Pontifex prohibeat ob periculum usuræ, quisquis illud inire, censetur velle illud periculum, atque adeo usuram ipsam & mutuum palliatum; ita prædicti auctores, sed nihil ad me, qui præcisâ lege prohibente, quætionem istam proposui.

§. IV.

Gallica statuta de usura explicantur.

Primus, ni fallor, Philippus Pulcher ann. 1317. lege lata, omne genus usuræ prohibuit: deinde Ludovicus XII. lucrum ex data pecunia percipere vetuit; denique art. 202. Statutorum Blesensium, his verbis hæc leges renovatæ fuerunt: Prohibemus universis, ne usuras ullas exerceant, aut ex mutua pecunia lucrum exigant, etiam prætextu commercii, seu per se, seu per alios; idque sub pena multæ honorario & pecuniaria, necnon exilii, prima vice: secunda vero, capitis & omnium bonorum privationis; hujus statuti verba adeo clara sunt, ut prædictum lucrum, sine peccato, nullo modo exigi posse videatur: est tamen multiplex statuti explicandi ratio, ita ut citra illius violationem, lucrum ex pecunia percipi possit: remigitur sic explico, ut ea, quæ à me dicentur, censuræ ac judicio Doctorum ultro subjecta esse velim: primum censent Theologi quidam, hæc statuta esse leges

leges merè pœnales, præsertim cum pœnas extraordinarias importent, ac proinde sine peccato violari posse hinc sententiæ non subscribo, præsertim quatenus ejusmodi leges prohibent contractus verè usurarios, vel alia quævis crimina, v. g. blasphemiam, tunc enim non sunt merè pœnales.

Quidam alii Theologi judicant, de obligatione, quam aliqua lex affert, ex fine, quem legislator sibi proposuit in lege illa condenda; si enim hic finis cesserit in quibusdam speciebus casuum, sub eodem genere prohibito contentis, species illæ hac lege comprehensæ non censentur: exempli gratia, dato quod censuræ latæ contra simoniacos, veram dumtaxat simoniam petant, non cadunt in eos, qui simoniam juris tantum Ecclesiastici, quæ vera simonia non est, incurrunt; dixi supra, dato quod, cum in exemplis non requiratur veritas; nempe satis scio, simoniam Ecclesiastici juris, suis censuris subiacere, ut constat ex Bullis Pii IV. & Pii V. contra confidentarios, & extravag. cum de re stabili, in qua illi omnes excommunicantur, qui quomodolibet, dando, vel recipiendo, simoniam commiserint: iidem Theologi docent, cessante fine legis, in quibusdam casibus particularibus speciei prohibiti, admittentes ejusmodi casus eximi à culpa; vide sis Sor. lib. 10. de just. Carb. Suar. Sayr. integris voluminibus, Navarr. cap. 23. num. 49. Manuel. Tolet. de 7 peccat. cap. 18. 19. 20. Molin. disp. 208. qui hanc controversiam discutunt, de qua hic non est disputandi locus; porro cessante fine legis in casu particulari, non cessare propterea obligationem, communis opinio, cui adhæreo, docet: vide Dian. p. 1. tract. 10. resol. 28. ubi pro illa citat 31. Authores, & præ cæteris Suar. Vasq. Sanch. Coninck Sor. Covar. Bonacin. &c. alia minus communis docet, cessare; pro qua ibidem Dian. citat Henriquez, Comitol. Granad. Sâ, Mexia, Navar. Abbat. Megala, Sosa, & sequitur ipse Dian. parr. 5. tract. 14. resol. 96. adde Hurtad. Mendoza in 2. 2. tom. 1. disp. 74. sect. 3. §. 26. Tamburin. lib. 2. cap. 1. §. 7. num. 40. Quidquid sit de uno casu particulari, certum est, & nemo negat, totam speciem lege non comprehendi, ad quam finis legis non pertinet.

His positis, dico Reges Christianissimos id unum spectasse, prohibendo lucrum ex pecunia, ut prohiberent usuram juri naturali & canonico repugnantem, ex qua, subditorum ruina ortum ducit, cum Reipublicæ detrimento; non fuit igitur Regum is animus atque consilium, ut subditis, quocumque in casu, gratuitam pecuniæ traditionem imperarent, sed illam tantum, quæ propriè loquendo dicitur mutuum, quo mutui nomine vulgò pecunia significatur, credita maximè ad impensas sustinendæ vitæ, vel dignitatis legitime comparatæ necessarias: quidam Theologi & Canonistæ, ut Gregorius Tholosanus, lib. 22. cap. 3. obligationem gratuiti mutui sic interpretantur, ut nihil lucri supra sortem exigere liceat, cum pecunia creditur egenti, ut vitam, aut statum sustineat: ac proinde ex horum Doctorum opinione, in hujusmodi casibus, si aliquid supra sortem exigatur, peccabitur contra jus naturale, legesque regias juris naturalis interpretes; si verò lucrum illud justis aliis titulis exigitur quàm mutui, probabilissimum est, iis statutis, id non prohiberi, quod per sacros Canones licet, & Reipublicæ utile est; sic Tutores & curatores per Senatusconsultum pupillorum ex pecunia, lucrum facere debent, justis scilicet titulis, imò Sebastiani anno 1642. cum ad Regium consilium retulissent, nec commercium vigere, nec

solvi posse vestigialia, nisi liceret lucrum facere ex pecunia, citra census perpetui contractum, diplomatum regium obtinuerunt, 29. Martii datum, in quo, postularis annuit: denique Parlamentum Tholosanum hujusmodi lucra non damnat; quis ergo dicat juri naturali esse contraria, modò scilicet veri ratio absit? quis dicat, Magistratus de subditi bonis & fortunis, sine ulla necessitate, contra jus naturæ statuere? quis vel hoc in animum inducat, ut sibi persuadeat?

Et verò, nemo dicat, debitorum bona, seu lucrum ex pecunia perceptum à Principibus, auctoritate publica, pupillis attribui; nempe citra penam, & necessitatem publicam, Principes ea potestate uti possunt: mirum quantum hæc aliæque hujusmodi exempla Theologos torqueant; respondent aliqui pupillos, ubi ad ætatem pervenerint, teneri ad restitutionem lucri percepti: alii hoc onus imponunt miseris tutoribus; alii dicunt, Tutores ad id tenentur dumtaxat, ut pupillos suos moneant; alii dicunt, lucrum illud auctoritate Principis illis attribui, tanta Doctorum discordia, vix crediderim, ceterum quidpiam inesse: præterea Magistratus etiam mercatores damnant, si aliquid supra sortem exigant, licet legitimum titulum habeant, scilicet lucrum cessantis; unde, ni fallor, perpicuum fit, prædicta lucra eò dumtaxat spectare: 1. ut modi præfati perceptorum lucrum absolute quidem non prohibeamus, detrahatur auctoritate publica, postquam Magistratus rem discussit, censuræque, nullum usura vitium inesse. 2. eisdem modis juri naturali non repugnare cum à Magistratibus adeò facile permittitur. 3. mentem Principum esse, ut Judices hujusmodi contractibus invigilent, ne usuræ labor sumatur; unde si quid lucri percipiatur, auctoritate revocata, inconsulto iudice, usura ut plurimum præsumitur.

Has conclusiones probabilissimas conjecimus: nempe vix ante Philippi Pulchri temporis legimus, statutis regis prohibitum fuisse, ne quid supra sortem percipiatur; nec ullos habemus Canones, quibus personis laicis hoc ipsum vetitum sit, ante Pontificatum Alexandri III. qui 120. annis ante Philippum fuit; in quo sane convenerunt Canonistæ, qui scripserunt in tit. de usuris: his enim legibus, tum Ecclesiasticis, tum civilibus occasionem dederant, quidam Christiani, qui Judæos imitanti, varias palliationes excogitaverant, ne vitulæ esset aperta, multarentur: ut igitur hujusmodi usuræ palliatis removerent Superiores, prohibuerunt omne lucrum ex pecunia auctoritate privata perceptum; hic est finis, opinor, legum contra prædicta lucra latarum; v. g. Alexander III. cap. 2. de agros, prohibet laicis, ne credita pecunia iis, qui habent agros, aliquid lucri caperent ex fructibus agrorum, sed non est absoluta prohibitio, saltem quo ad forum conscientiæ; ibi enim tantum prohibet, ne ex agros oppigneratis, mutuatores fructus tanquam usuræ colligant, scilicet v. contractus pignoratitii, qui tunc fructus percepti in sortem computari debent, non tamen prohibet, ne vi census, lucrum percipiantur, vel annua pensio in prædictis agris & fructibus constituta: nec est, quod aliqui alios Canones antiquiores adducant, quibus sanè nihil prohibetur, nisi usura juri naturali repugnans; si quem jura scire, consulat Anton. Augustinum lib. 3. tit. 6. favebiturque, nullum ex Conciliis ibi citatis dammare modos percipiendi lucrum ex se licitos, omnia prohibere usuram contra naturæ jus & divinum, solum

Capitulum Parisiense aliquid habet, de non accipiendis fructibus agrorum, ab his, quibus mutuo datur pecunia; sed ibi est mera explicatio præcepti naturalis; imò illa fructuum acceptio, ob pauperum necessitatem, non est fructus percepti, sed in iura erat; tum quia fructus percepti, non habent valorem superabant, tum quia in tali occasione commodari gratis pecunia debuerat, ut fructus illi darentur.

§. V.

De Contractu Mohatra.

Hic periculis attingemus, cujus in statutis Blehenus fit mentio, art. 202. ubi merces vendenda prohibetur, credita pecunia, statim redimenda; parat, rem in exemplo ponere: Mercator panno vendit 25 libris, credit in annum pecuniam, eandem ab emptore redimit pannum, numerum 25 libris, primo contractu interea subsistente: dicitur Theologi, an hic contractus sit usurarius; quod ab usura liberant, modò merces emanant, & emantur pro pretio, hinc supremo, inde infimo; et cum propter pretium intra iustitiam fines, summum habet, modum & infimum, & bona mercatoris fidei meretur, & omne scandalum amoveatur; additur, propter lucrum cessans, dilata post annum lucrum, mercatorem id lucri percipere posse, quod ex pretio pecunia cepisset. Hæc si in eum contractum simul convenient, cum bona fide, probantur quomodo sententiam arbitror; quoniam veluti in volutus ejusmodi regitur, & adolescentibus, hæc arte pecuniam nactis, infanorum ad voluntatem impium occasio inde offertur, idcirco legibus hæc pacta sapienter prohibita fuerint, ac proinde hoc opinio ad praxim & usum reduci licet neque.

Idcirco mercatores, meo iudicio, in his pactis, non peccant, quia sciunt, has pecunias in praxim ut plurimum nequit expendi; si tamen hoc ducunt, reverà non peccant, nisi lege positiva hoc pactum prohiberi sciant: quia scilicet, hic contractus certam usuræ labem non continet, nec suis modis caret; si enim bona fide fiat, sine pacto proci, & scandalo, & iustum pretium semper interuenit in emendo, tum in redimendo, multi Auctores favent; Molina tom. 2. disp. 310. Bonacin. de contract. disp. 3. quest. 2. p. 3. num. 20. ubi pro hac sententia multos citat, scilicet Navar. Petr. de Villan. Rebell. Salon. Sylvest. Armil. addo alios, Sald. de contract. reddit. dub. 37. num. 2. & de usur. dub. 16. ubi citat pro hac sententia Angel. Garciam, Guttier. Alaved. Rodrig. Angles, Lop. de contract. lib. 1. tit. 2. ubi citat Pennam, Rosel. Gajetan. in sum. v. Marc. Serra 2. q. 77. art. 1. dub. 3. Dian. 1. q. 57. Bannez 2. q. 78. art. 2. §. ad 2. Casus in resp. cas. part. 1. q. 57. Less. lib. 2. cap. 21. de usur. §. 30. Mercat. 1. de contract. c. 26. Delugo de usur. §. 99. & disp. 26. num. 205. Gibalin. lib. 5. de usur. num. 8. adde Megalam à Diana citatum: non negarim, esse rem periculi plenam, ac inde hunc contractum rectè præsumi usurarium: nec tamen, & à Principibus jure prohiberi; imò non ulro fatetur, vix unquam sine peccato contractus iniri; tum quia christianæ charitati oppositum, cur enim cogis egentem emere merces illas, cum non indigeret; tum quia præbetur scandalum, per manifestam usuræ suspicionem; item Delu-

go num. 206. & Salas num. 5. monent, cautè in hoc procedendum esse, propter periculum usuræ implicitum: Leotard. quest. 24. num. 25. illud commercii genus damnat, & execrabile vocat; & in hanc rem citat Scac. Lup. Covar. de Graff. Salsed. Manent. Ugo. Grimald. Joan. Benedic. Reginald. S. Carolum: standum igitur in assertionem nostram, duos illos modos percipiendi lucrum sufficere, qui vel pacto trium contractuum, vel censu utrimque redimibili, seculà lege positivà, nituntur; & nihil posse opponi contra duos istos contractus, quod pariter contra quemlibet censum opponi non possit; ac proinde in his omnibus casibus, sine usuræ periculo, prædictos contractus iniri posse, in quibus contractus census perpetui sine usura iniri potest.

CAPUT XXV.

De Restitutione.

DOcent Jesuita, mercatorem, qui fidem & nomina renunciavit, tuta conscientia retinere posse ex suis bonis, quantum necessarium est sibi & familiæ, ut cum dignitate & cum honore vivat.

REFELLITUR.

HOc telum Lessium petit, qui cap. 16. dub. 1. docet ex Navar. consil. 13. de stat. mon. cons. 3. eum, qui nulla sua culpa, ad extremas rei domesticæ angustias, ita redactus est, ut debita solvere non possit, nisi fame pereat, cum tota familia, hac necessitate durante, non teneri ad solutionem: [Si tamen ad eas angustias, inquit, tua culpa sis redactus, v. g. ludis, comestationibus, superfluis sumptibus, non mereris dilationem; tibi enim imputare debes, quod jam sine status amissione satisfacere non possis; quod est notandum, pro quibusdam Nobilibus, qui debita sine fine contrahunt, ut supra conditionem sui status expendant;] hæc habet num. 28. tum subnectit, num. 29. [Hoc etiam est valde notandum, pro multis hoc tempore, qui magnis fraudibus repente divites & magni evadunt; hi tenentur statim restituere, sine dilatione, etiam cum dimissione status male acquisiti:] Eidem sententiæ subscribunt Azor tom. 3. lib. 4. cap. 39. Lugo pag. 580. num. 41. si quando Caluista in hoc mitiores sunt, id sanè est in gratiam illorum mercatorum, qui contractis nominibus, suam fortunam non auxerunt, sed illam honestam & amplam à parentibus acceperunt, & nulla sua culpa, sed vel alterius malitia, vel temporum injuria, fore cedere coguntur: nec est, quod aliquis opponat Senatusconsultum, quibus ejusmodi desertores justè damnantur; quasi verò quispiam ignoret, Judices ut plurimum ex præsumptionibus sententiam ferre; tum ad castigandam mercatorum negligentiam, tum ad illorum fraudes removendas, qui simulata paupertate, sibi alimenta decerni postularent; itaque Senatusconsultum prædicta iusta sunt, licet in foro conscientie aliquando secus decidatur; sed de differentiis utriusque fori multi scripserunt; si reliquos consulere non vacat, in promptu erit Card. Delugo pag. 573. n. 11. ubi habet rationes, quibus ducuntur Judices, ad agendum summo jure & rigore contra illos desertores, qui fidem & nomina renunciant.